



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 19. Maximilianus de duplici injuria sibi a Galliarum Rege illata
conquestus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A. C. 1492.

§. XIX.

*Maximilianus de duplici injuria sibi
a Galliarum Rege illata
conquestus.*

Nemo est, qui lingua vel calamo affe-
qui possit, quam ingens fuerit Ro-
manorum Regis indignatio, cum recen-
tes Annæ Britannæ nuptias cum Carolo
Francorum Rege initas intelligeret; nam
hoc connubio amplæ Provinciæ jacturam
fecit, cujus damni causa, tum propria
cunctatio, tum Patris sui avaritia exti-
tit: ne vero ad infestæ fortunæ cumulum
quid deesset, Carolus Franciæ Rex ei-
dem Margaritam Austriacam, quam ut-
pote futuram Regis conjugem brevi in
Galliis regnantem sperabat, repudiatam
remisit. Duplicem hanc injuriam diffi-
mulando impar, apud omnes Europæ
Principes graviter conquestus est, mis-
sisque ad Hispaniæ & Angliæ Reges ora-
toribus, eos tantæ injuriæ vindices ad-
versus Galliam imploravit. Verum Hi-
spano Rege Catholico tum Granatensis
Regni expugnatione distento, Romano-
rum Rex solum Henricum VII. Angliæ
Regem in suas partes pertrahere poterat,
quamvis Anglus Carolo Regi obtentæ
Anglicæ coronæ beneficium eo nomine
deberet, quod ad deturbandum Regno
Richar-

Richardum III. in prælio occisum Galli Sæcul. XV:
 classem, pecunias, copiasque suppedi- A.C.1492.
 tassent.

§. XX.

Bellum ab Anglo Gallis indictum.

Maximiliani Oratores in Angliam de- Polyd. Virg.
 lati, Henricum ad arma Gallis in- hist. Angl. l.
 ferenda satis propensum experiebantur. 27.
 Igitur belli societas firmatur, ut vero ei- Bacon. hist.
 dem plus roboris, auctoritatisque acce- Henr. VII.
 deret, Henricus Senatum convocat, qui
 lubenti animo in Regis sententiam ibat,
 nil ardentius exoptans, quam Gallos bel-
 lo petere. Ferme omnes Historici in eo
 sunt, ut Henricum ab omni culpa vindi-
 cent, caussantes, quod Regis animus
 a belli consiliis longe alienus fuerit, tem-
 pori tamen atque Anglicæ Nationis ge-
 nio cedere coactus esset, eoquod illa for-
 te contra eum, si Maximiliano opem fer-
 re recusasset, seditionem movisset, de
 cetero eum a suo Senatu hac via pecu-
 nias extorquere meditatum fuisse affir-
 mant. Verum speciosa hæc excusatio
 vix conciliari valet cum Polydori Virgi-
 lli, & Baconis testimonio, quorum pri-
 mus Henricum de enormi ingratitude
 postulat; alter vero orationem recitat,
 quam idem Rex coram suo Senatu de-
 clamabat, in qua nil eorum desiderari
 videtur, quæ exulceratus animus in Gal-
 los